

do', ut diximus supra in secundo casu Mensis Februarii circa Papalem communionem, ubi notavimus, quod prædicta fistula vocabatur Siphon, de qua ait Anafasius Bibliothecarius, & Abbas Romanus, qui floruit anno 858. Obulxit Calicem majorum funditum cum Siphone penstantem libras triginta, ut resert Macer in Hierol. Verb. Siphon, subdicens haec verba: *Etsam Laici, quando antiquitus sub utraque specie recipiebant sacramentum, per hanc fistulam sanguinem sorberebat.* Quod est conformem memoriae huius rei registrata in antedicto libro ordinis Officiorum Ecclesiæ Padianæ. Immo ipsa fistula erat aliquid inserta, & affixa eidem Calici immobiliter, scribente Lindano in Panop. Evangel. l. 4. c. 46. *Quia fangunis effusio proper incutitoris populi rufificatum merito timebatur, Calicis canna est feruminata, affusore in finta.* Alia testimonia ejusdem Siphonis, seu calamis, vel fistula, que etiam Canna dicebatur, allegant idem Macer d. Verb. Siphon, & Casalius de Veterib. Sacr. Christ. Ritib. d. cap. 11. quos legisse non penitebit antiquitus studiosos. Altera fuit industræ ad impedientes, frequentes irreverentes in Communione populi sub utraque specie, ob effusiones Dominici Sanguinis, quæ contingebant ex Ministrorum Ecclesiæ, & iudicium fiduciam incuria; five cum Calicem propinandum portabant, five cum siphone ad fungen, five etiam cum intinctam Eucharistiam in cochleari dabant, præter prohibitionem intinctæ communionis, de qua in cit. eam omne crimen 7. de confes. dif. 2. & quamvis videatur ibi prohibitus, nihilominus viguisse testatur Micrologus, qui vixit anno 1077. tempore Gregorii VII. in c. 19. & Ivo Cartonensis Epilucus, qui floruit anno 1088. tempore Urbanii II. in c. part. 11. & 85. Et de eadem communione, cum pane intincto in Sanguine Christi, in antiquis confuetudinibus Monasterii Cluniacensis lib. 2. c. 30. tom. 4. Specilegij dicitur, eam permitti proper novitios, & alios rudes, qui sanguinem separatis acciperent; vix fieri posset, quin aliquam negligenter incurserent. In Anglia pariter adeo erat propagatus usus intinctæ communionis, ut eum prolixè defenderet Ernulfus Roffensis Episcopus in Epis. ad Lamberium d. Specileg. tom. 2. In Ecclesia autem Orientali mos intinctæ Synaxis & uitatio, & antiquior fuit, ita suspicetur Arcadius de concord. Eccl. Orient. & Occid. lib. 3. cap. 53. tempore S. Joannis Chrysostomi originem habuisse ex facto cuiusdam mulieris Macedoniana, quæ se Catholicon simulans, de manu eiusdem Sancti Eucharistiam suscepit, quam ancilla occulæ dedit, & panem non consecratum ab eadem acceptum ori imponit, qui in lapidem versus est. Quidquid sit de origine moris prædicti apud Graecos, eos hanc confuetudinem, sibi a majoribus suis traditam, populum communicandi sub utraque specie non seorsum, sed simul mixta, servare ulique in hodiernum diem profitetur Emin. Card. Bonna Rer. Liturg. d. lib. 2. cap. 18. num. 3. Immo ipsi Graeci feria quinta majoris hebdomadæ panem recentem solito majorem præparant, & consecrarent, servandum toto anno pro communione infirmorum, quem panem ita consecrata Sanguine Christi leviter humectant, tum sacro disco ignem subiectientes illum exsiccant, & indurescere faciunt, ne per totum annum corruptioni subhaceat. Cum autem contingat communicare agrotos, particulari dicti panis consecrati, & Christi sanguine jam delubiti tollunt, & in cochleari vino communis profundunt, ut

tes,

tes, confirmavit Concilium Trid. sess. 21. cap. 1. ¶ 2. & subinde can. 1. & 2. in quibus Anathemate percutitur, *Si quis dicerit, ex Dei precepto, vel necessitate salutis, omnes, & singulæ Christi fideles utrumque speciem Sanctissimi Eucharistia sacramenti sumere debere. Vt sanctam Ecclesiam Catholicam non iustis causis, & rationibus adducant suisse, ut laicos, atque etiam clericos non conscientes, sub panis tamummodo specie communicaret, aut in eo errasse.* Objectiones Novatorum contra hæc Conciliaria Decreta, & earum solutiones ponunt Scholastici, & eruditæ quidem Leonard. Lessius in Opero Pothuum questi. 80. De sacram. Euchar. art. 12. dub. 1. Gobatius tom. 5. de Euchar. disp. 9. art. 3. Emin. Card. de Lauræ in 4. sent. tom. 1. disp. 25. art. 5. & nosimf. P. Richardus Arsedekin, in sue Theol. Tripartita tom. 1. træt. 2. cap. 5. an. 5. & seqq. necnon Augustinus De sacram. Euchar. part. 4. c. 6. n. 14. & 15. Hic ita enucleat respondebat casu proposito, 16. An sub specie Vini fit communicandæ Monialis in articulo mortis, cum non possit deglutire particularum? ferre omnes dixerit, non esse sub specie Vini consecrati communicandam, ut docent Fagundez, Pintigianus, Suarez, Mercerus, & Silvius, quos allegat Diana part. 5. træt. 3. refol. 34. repotita in Coordinata tom. 2. træt. 2. refol. 98. Quibus ego adjungo Pacem Jordanum tom. 1. lib. 3. tit. 5. n. 34. Gobatius in Theolog. Experim. træt. 4. n. 27. Barbosam de Paracelsi esp. 20. n. 44. & Emin. Card. de Lugo in Respons. Moralib. lib. 1. dub. 10. n. 8. Horum ratio est, quia Sacramentum Eucharistia non est simpliciter necessarium ad salutem, & non obligat nisi cum debitis circumstantiis, præscriptis ab Ecclesia; quorum una est ut administretur Laicos, & Clericis non conscientibus sub specie panis tantum, ad reprimendam hæresim eorum, qui negant contineri Sanguinem Christi sub specie panis, necnon errorem illorum, qui assertabant, esse præceptum Christi ad comunicandam sub utraque specie; ac etiam ad evitandum periculum effusionis: idcirco convenit Catholico Populo Ecclesiae mandatis obediere, & Decretis Conciliaribus parere ob tam relevata motiva. Nonnulli contrarium scriperunt, sequentes Petrum Ochagaviam de Sacram. træt. 7. De Eucharist. effed. q. 18. n. 9. & Nugum in 3. p. tom. 1. q. 80. art. 12. conclus. 3. putantes dictam inframittit esse communicandam sub specie vini consecrati, ea ratione, quia supponunt, Communionem in articulo mortis esse de Præcepto Divino, cui cederet debet præceptum Ecclesiasticum de abstinentia a speciebus vini, prout cedit illud de jejuno. Ceterum, cùm non convenient, sed discentiant Theologi, qui a Vaticano sit sumendum in articulo mortis ex Præcepto Divino; negant enim Cajetan. in Summa, Verb. Communio. Armilla cod. Verb. num. 4. Sylvet. Verb. Eucharistia 3. Ledefrina 1. part. 4. q. 22. art. 11. dub. 2. & Emin. Card. de Lauræ d. disp. 25. n. 38. & num. 47. quamvis affirmat Suarez disp. 69. sed. 3. Vaquez disp. 21. c. 2. & 3. Sotus in 4. dist. 12. q. 1. art. 11. & alii, quos allegat, & sequitur Collegium Salmanticum, in Curia Theologie Moralis tom. 1. træt. 4. c. 8. n. 4. tutius est adhærendum opinioni negativæ, & dicendum, infra dictum prædicatum non esse sub speciebus vini communicandam, sed juxta monitionem Pacis Jordani d. lib. 3. tit. 2.

18. n. 34. ei præbendam fore particularum Hostiarum consecrata immixtam aqua, vel vino ordinario, ut eam sic possit deglutire; cùm enim sit adeo tenuis, & modice quantitatis particula consecrata, vel etiam dimidium, aut quadrans unius particula, (quod quidem sufficit ad communionem prædictam) si porrigatur, ut absorbeat eam cum aqua, vinovore ordinario, recipiet Sacramentum sine offensione legis prohibitoria speciei Vini consecrati, quam ob gravia motiva sub Anathemate Ecclesia condidit; &

qua æstimatur pluris lege jejunii; siquidem super præcepto jejunii expressè dispensat Ecclesia pro dando Vaticano in articulo mortis, ut omnibus pater; sed non dispensat super prohibitione speciei vini. Ex his penitus reprobatum esse debet consilium illius Theologi, de quo Gobat. d. træt. 4. num. 28. & Bifflus in Hierurgia Sacra tom. 1. litt. L. num. 119. §. 7. qui Bifflus, & Gobat. eti docti, & eruditæ tamen in resolutione hujus casus modo afferunt, & modò negant, & Lectorem studiofum finunt anticipem. Igitur ratio opinionis negativæ, est quia sume. 19. eum. Eucharistiam est de Præcepto Divino, quod ad obligationem sumendi illam, faltem semel in vita. Quo vero ad plures vices communicandi, & sic quod tempus illam sumendi, five semel in anno, five tempore mortis, est de Præcepto Ecclesiæ, ad quam spectat declarare, quando fideles debeat communicare; prout declaravit eos obligatos semel in anno tempore Paschali. c. Omnis utriusque fexus. De Panis. & Remisi. & in articulo mortis, cap. De his 9. 26. q. 6. ut demonstrabimus infra in primo Casu mensis Septembri ex doctrina Emin. Card. de Lauræ d. disp. 25. art. 2. & art. 3. ubi expresse probat, Communionem in articulo mortis esse de præcepto Ecclesiæ, non autem de præcepto Divino.

## DECISIONIS XV.

Ad Martii casum Prudentiale.

## ARGUMENTUM.

Examinatur, an aliquæ personæ devote sint communicandæ in die Sabbati Sancti post Missam? Rationes pro, & contra referuntur. Plures traditiones dantur circa Missam Sabbati Sancti, quæ olim de nocte celebrabatur. Refolvitur calus sub distinctione.

## SUMMARIUM.

1. Sabbato sancto laicos non infirmis non sibi danda Communio; & quibus rationibus? num. 4.
2. Communio in Missa Sabbati Sancti cur non dicatur?
3. Laici sani possunt communicari in Sabbato sancto.
4. Excepito in uno casu firmat Regulam in contrario.
5. Inclusio unius est exclusio alterius.
6. Sabbati sancti Missa olim dicebatur a solo Episcopo. & de nocte.
7. Confectudo universalis habet vim legis.
8. Concessum dicitur, quidquid expresse prohibitum non reprimitur.
9. Sabbato sancto pojunt Sacerdotes Missam privatim celebrare secundum aliquot DD.
10. Cap. Sabbato. De conf. dist. 3. censor abrogatum.
11. Feria sexta Parasceves nullus laicus sanus est communicandus.
12. Hebrei vigilabunt in nocte ante diem Pasche.
13. Sabbato sancto an Missa cantaretur in principio noctis, an media nocte?
14. Christiani antiquitus communicabantur in nocte Sabbati sancti ad Missam.
15. Communio Antiphona est signum letitiae.
16. Christus Dominus qua hora resurrexit.
17. Confectudo est in pluribus Ecclesiis communicandi fideles Sabbato sancto.
18. Confectudo particularis prefertur generali.
19. Confectudo negativa in facultatibus non praedicatur.
20. Favores sunt ampliandi.
21. Devotio est actus Religionis.

## Decif. XV. Ad Martii Caf. Prud.

## CASUS PRUDENTIALIS.

**M**o<sup>t</sup> est in nonnullis Ecclesiis, in quibus devotio circa Eucaristie frequentem sumptionem colitur, ut Sabbato, completi illius diei solemnis Missa, accedant devote persone sacram Communionem receptam. Queritur à Prudentia Parochorum, Utrum sint communicande.

Alli responderunt. Negativè cum Gavanto in Rubric. Missal, p. 4. tit. 10. n. 38. & 46. Cotonio lib. 2. controv. 4. n. 174. Volpi refol. 62. n. 2. Azorio tom. 1. lib. 10. cap. 24. quæst. 3. & 4. Arnaudo in Epitom. Sacr. Rit. part. 4. tit. 10. n. 29. Francolinus de Horis Canon. cap. 30. n. 12. Marchino de Sacram. Ordin. trad. 3. part. 3. c. 8. n. 3. Et novissime cum Macro in Hierolexic. Verb. Communio. ubi ait: *In Missa Sabatti Sancti bac Antiphona (Communio) id est non dicitur, qui communio populi nos fit. Itaque abusus etiam confessus est illorum, qui communionem concedunt in hac die.*

3. Alli vero responderunt affirmativè cum Bauldry in Manuale Sacrar. Ceremoniar. part. 4. cap. 11. art. 5. n. 15. Quintanadven. trad. 4. Singular. 6. Castaldo in Praxi Ceremoniar. lib. 3. sec. 8. cap. 5. n. 14. Qui in puncto concedunt, post laicos communicari, completa Missa solenni in die Sabbati sancti, & cum sequentibus etiam Theologis (idem assertentibus non bene in die Veneris sancti) videlicet Quartu in Rubric. Missal. part. 2. tit. 10. fed. 3. dub. 3. difficult. 3. in fine. Pellezar in Manual. Regular. tom. 2. trad. 8. cap. 2. n. 108. Tamburini in Expedit. Commun. cap. 6. n. 4. Victorell. in addit. ad Passevini. de offic. Curat. c. 8. Joannes Sanci in Selectis disp. 22. n. 20. Diana part. 6. trad. 6. refol. 19. & part. 9. trad. 7. ref. 24. Quarum haec ultima est in tom. 2. Coordinato trad. 2. ref. 46. Prior vero in tom. 8. tr. 4. refol. 46. & utroque plurimos Moralitarum idem docentes allegat, quibus novissime adhaeret Colleg. Salmant. in Cursu Theol. Mor. tom. 1. de Sacram. in genere trad. 5. cap. 4. num. 5.

4. Rationes opinionis negativa sunt. Primò ob cap. Sabbato 13. de Confér. diff. 3. ubi Innocent. Papa I. ait: *Uique confitit Apostolus istu isto (Veneris, & Sabbati sancti) & in more fratre fuisse, & propter metum Iudeorum se occulisse. Et ideo subdit: Traditione Ecclesiae habet, isto bido Sacramenta penitus non celebrari. Secundò, Verba rubra Missalis quia quinta Majoris hebdomadæ, statim ante Communionem hujuscemodi tenoris: *Hodie Sacerdos consecrat duas hostias, quarum unam sumit, alteram reservat pro die sequenti, in quo non conficitur Sacramentum: reservat etiam aliquas particularis consecrata, si opus fuerit pro infermis.**

Ergo qui non est in statu infirmari mortalis, non est communicandus in hoc bido; nam exceptio in uno caso firmat regulam in contrario. 1. Quæstum. 5. Denique. ff. de Fando inffus. Gloss. in Rubri. de Regul. juri. lib. 6. Barbol. Axiom. 83. num. 4. Et si Rubrica Missalis includit infirmos in reservatione particularum confecciarum, excludit sanos; siquidem inclusio uniuersit est exclusio alterius. cap. Qualis 25. diff. 1. Cum Preter. ff. de Jude. Thomafett. ad Flor. legum Regul. 159. Barbol. in locis Commun. loco 55. ubi DD. Tertiò quia respondebit S. Rituum Congregatio die 9. Maij 1606. servandam esse universalis Ecclesie presentem confutaudinem, non ministrandi Eucharistiam in die Veneris sancti, nisi infirmis. Ita Gavant. par. 4. Rubr. Missal. tit. 9. n. 25. Et iterum idem præcepit die 19. Februar. 1622. teſte Barbol. De Paroch. cap. 20. n. 16. Quartò, quia Missa solennis, quæ celebratur Sabbato sancto non est Missa diei illius, sed noctis sequentis, in qua Episcopi tantum litanibant in memoriam Resurrectionis Dominicæ; id eoque in oratione dicitur: *Deus qui hanc Sacramentum nostrum. Et idem repetitur in Præfatione, di-*

cendo: *Tu quidem Domine in omni tempore, sed in hac potissimum nocte. Necon non infra actionem Communicantes, & noctem Sacramentum celebrantes. At in eadem Missa noctis nullus præster Sacramentum Præfulem admittebatur ad Communionem; & hac de causa, statim assumptio Sacramento cantatur Vesperæ, & omittitur antiphona Communio, quæ in aliis Missis dicitur; scilicet, quia non administratur Sacramento adstantibus eidem Missa, ut notarium supra ex mente Macri in Hierolexic. d. Verbi Communio. Quinto, quia confutato universalis est non communicandi populum in Sabato Sancto, quam vim legis censetur habere. c. fin. de Confutat. cap. Confutato diff. 1. 4. De quibus, ff. de legib. Barbola Axiom. 56. n. 4. Eo magis quia initit ratione, & exequitati, que vult, abstineri a letitia convivii, durante moreno Passio Christi, & mælestia Apoflorum; utriusque enim representatio durat usque ad diem Dominicae Resurrectionis. Volpi diff. refol. 62. n. 6.*

Rationes vero eorum, qui adhærent affirmative 9 opinioni, iunt. Primo, quia cum Ecclesia numquam prohibuerit communicari aliquos fidèles votos in die Sabbati sancti, censetur permittere, iuxta Juris regulam, *Concessum dicitur, quidquid expressè prohibutum non repertitur. Nec non d. Quod eius, ff. Ex quibus causis major. Barboli. Axiom. 46. n. 1. Et quod non repertitur in lege vetitum, non debet superstitiosi prætentioribus præsumi prohibitorum. cap. 2. De translati. Calderini. cons. 52. alias 6. De elect. Barboli. Axiom. 178. n. 2. Secundo, quia anticipatio in celebrando mysterio Resurrectionis Dominicæ sicut concedit Sacerdotibus celebrare Missam in Sabbato Sancto, saltem privatis ex magis communi Moralitarum opinione, de qua Emin. Card. de Lugo De Sacram. Euchar. disp. 20. n. 18. & seqq. ita debet prædcessus devotis fidélibus, ut possint eodem die Sabbati sancti factam suscipere Eucharistiam. Opac enim Sancta Mater Ecclesia, ut in singulis Missis fidèles adstantes non solum spirituali affectu, sed Sacramentaliter etiam Eucharistia receptione communicent. Concil. Trident. De Sacrif. Missi. ff. 22. cap. 6. Tertiò quia in pluribus Provinciis illus inolevit, ut in die Sabbati Sancti, completa Missa solenni, accedant personæ piè viventes, & speciale devotionem erga Venerabile Sacramentum Altaris profites, ad sacram Communionem recipiendam ex suorum Consecratorum confilio, à quibus communicantur, ut de Hispania, Germania, & Italia, testantur Sancius, Quintanadven. & alii pro hac opinione à Diana citati in dd. refol. 46.*

Ad argumento vero, seu rationes contrarias respondunt. Ad Primum Quod in c. Sabbato de conf. 11. 3. prohibitum celebrari Sacramenta, non administrari. Immò cùm textus ille abrogatus sit etiam quod celebrationem in die Sabbati sancti, ed minus obesse pote administrationi Eucharistie, post completam Missam. Ad Secundum; quod Verba Missalis nominant infirmos, tamquam motu principale reservandæ Eucharistiam, sed non excludunt sanos præcipue in die Sabbati sancti, in quo conceduntur his temporibus, consecrare. Et exceptio in uno Casu firmat regulam in contrarium, quando expresse sic declaravit faciens Regulam. Barboli. d. Axiom. 83. n. 5. Et inclusio uniuersit non est exclusio alterius, quando alia dispensatione alter est inclusus. Menoch. lib. 4. prel. 39. n. 42. Ad Tertiū: Decreta S. Rituum Congregationis loqui de Communione in die Veneris sancti tantum, & iisdem prompte parent fideles apud nos; quia nullus extra periculum mortis, communicat in die Veneris sancti; & memoriò tum ob mysterium mætoris ex Passione Christi, tum ob debitam obedientiam eidem Sacrae Congregationi, cuius Decreta vim legis habent. Coron. lib.

## Decif. XV. Ad Aprilis Caf. Prud.

lib. 3. controv. 3. n. 45. neque sunt approbandi. Doctores adhuc afferentes posse administrari Communione in die Paræcœve etiam sanis, cum contrarium bis declaraverit S. Rituum Congregatio, cui tandem se submissit Diana in di. tom. 2. trad. 2. refol. 46. n. 2. in fine, ibi. Verum suppositis diis declarationibus, ego nunc exstimo in feria festa Paræcœve non esse administrandum Eucharistiam, nisi infirmis. Respondetur ad Quarum, nisi Sabbati sancti olim de nocte. Nam etiam Hebrei vigilabant in nocte ante primum diem Paschæ Azymorum, quo Nox appellabatur. *לְלַיְלָה שׁוֹרֵת מִצְרָיִם* Lel Scimurum, id est Vigiliarum, telle Julio Mauroceno in cit. Oper. Via della Fede part. 2. cap. 31. in principio. Incertum est autem an pro ea cantanda expectaretur medium noctis, vel ipsius noctis initium, siquidem Emin. Card. Bona Rer. Liturgic. lib. 1. cap. 21. sub n. 4. contendit probare, quod expectabatur medium noctis Sabbati sancti pro cantanda Missa ex S. Hieronymo in Matib. cap. 25. & Tertullian. lib. 2. ad Uxor. cap. 4. quod etiam doceat Durand. in Rat. Divis. offic. lib. 6. cap. 78. E contra Emin. Card. de Lugo De Sacram. Euchar. disp. 20. à n. 16. & seqq. auctru. Missam Sabbati sancti ab antiquis solitam decantari statim post occasum Solis, & sic in principio noctis, unde n. 18. infert, ultra Missam illam foliemnum, Presbyteros potuisse, & solitos fuisse Missas privatas celebrare. At quidquid sit de hora, in qua celebratur Missa in nocte Sabbati sancti, verisimile est enim quod antiquissimi temporibus, in quibus seruantes erant fides erga Redemptionis Mysteria non statim post occasum solis, sed tardius inciperent officia celebrare, cumque, & benedictio Igois, Incensi, & Cerei non cursum, sed devotè fieret, sensu[m] mysticus Sacram illarum Ceremoniarum explanarentur populo, & Cathechumeni baptizarentur, medietas noctis appropinquaret, dum Missa decantaretur: quod autem, præter Missam solemnem recitarent eadem nocte aliae Missas privatas testatur Nicologus, (qui vivebat Anno 1077. teste Card. Bellarm. de Scriptorib. Ecclesiasticis.) quem allegat. Card. de Lugo cit. disp. 20. n. 18. Et quod administratetur Eucharistia devotis personis, eam perentibus, eadem nocte Sabbati sancti, demonstrat ipse Emin. Card. Bona d. cap. 21. num. 4. ex Theodoro Balsamone (qui vivebat Anno 1191.) in cap. 90. Trullano scribente: *Cristianos religiosiores totu[m] Sabbato in Ecclesiæ manre solitos, & sexta non hora, id est media nocte, divinis Sacramentis communicare.*

Neque obstat quod in Missa Sabbati sancti non canteatur Verius, seu Antiphona Communio, sed omittatur, eò quia nullus alius communicabat, præter celebrantem, ut autum Gavantus, & Macer supra allegati; nam haec consequentia negatur, & respondetur, non cantari Antiphonam Communio, quia illa est signum letitiae ex doctrina ejusdem Gavanti in *Mystica expositione Missa part. 2. tit. 16. n. 28.* nondum autem advenit letitiae tempus Resurrectionis Domini; juxta illud *Ad Vesperum demorabitur letitiae, & ad Matutinum letitiae. P[ro]f. 29.* Etenim Dominus Noster JESUS CHRISTUS surrexit à mortuis, non in media nocte, sed summo mane, & in Aurora; illuccecente die Dominicæ, ut ex SS. Patrum testimonio probat Barradas in Concord. Evangel. tom. 4. lib. 8. cap. 2. Torniel. ad Ann. Mundi 4084. n. 28. & Menoch. in Vita Obrisi lib. 8. cap. 1. n. 7. qui ita Ecclesiam profiteri obseruat in Hymno illo Dominicæ ad Laudes:

Aurora Cœlum purpurat &c.  
Rex ille aum fortissimus,

De mortis inferno specu

Patrum Senatum liberum

Educit ad vite jubar.

Et quamvis omittatur Antiphona Communio duran-  
de Sacramento Eucharistia.

te per totam noctem morte Passionis Christi, & ejus loco intonent statim Vesperæ, ut in Misali, nihilominus oratione quæ cantatur post Magnificat, defumitur fuisse administratam Sacram Communionem etiam alis à celebrante; & dicit enim in illa, *Spiritus nobis Domine tua caritatis infunde, ut quos Sacramentis Paschalibus satiat, tua facias pietate concordes.* Ecce, quod Ecclesia tetatur, non unum celebrant tantum, sed plures fideles, praeter illum, fuisse Sacramentis Paschalibus satiatos, id est Eucharistia refectos; loquitur enim Ecclesia in plurali, quia plures supponit communicasse in eadem Missa, & posse communicare.

Ad Quintum tandem argumentum contrarium, quod fundatur in confutandis universalis non administrandis fidelibus Eucharistiam in die Sabbati sancti; respondetur non obstat; tum quia in pluribus Ecclesiis extat confutato particularis communicandi fideles magis devotos, Eucharistiam in Sabbato sancto petentes, ut, præter attestatione Doctorum tenentium affirmativam opinionem in hoc quaestio, ego vidi per annos quadriginta, & ultra in Ecclesia Divi Thomæ Martyris hujus Civitatis Paduæ, & de 19 Jure Confutato particularis prefector generali. Rotam coram Ubaldo decisi. 80. num. 7. & coram Card. Cavaler. decisi. 95. num. 3. Tum etiam quia in facultatibus non sicut non nocet, & confutato negativa non præjudicat. Potius de Manu. observ. 58. 20 Eminent. Card. de Luca de Præminen. decisi. 30. num. 7. Et quanvis tempus proprium letitiae, & convivii Paschalium sit in Dominica Resurrectionis, nihilominus cum Santa Mater Ecclesia præveniat in officio ipsum tempus letitiae, possumus prævenire accipiendo dona, quæ dantur tempore ipsius letitiae: favores enim sunt ampliandi 1. *Cum quidam, ff. liber. & postib. Barboli. Axiom. 96. n. 4.*

Ex quibus præferenda confutetur opinio affirmativa 21

in hujus causa Prudentialis resolutione, donec aliud terminetur à S. Rituum Congregatione; congruum est enim favere fidelium devotioni, quæ est Religiois actus. S. Thom. 2. 2. quæst. 82. art. 2. & Emin. Card. de Lauræa in 3. Sent. tom. 2. de Virtutibus in genere, disp. 25. n. 25.

## DECISIONIS XVI.

Ad Aprilis Quæsitum primum.

## ARGUMENTUM.

Proponuntur quatuor controversias circa formam Consecrationis Corporis Christi, *Hoc est Corpus meum.* Una ex Theologis volentibus, eam incipere debere à Verbis: *Qui pridie quam patet.* Altera ex Canonistis dicentibus, eis de forma etiam illa Verba: *Accipite, & comedite.* Tertia ex Scripturis, opinantibus, præter Verba, requiri etiam Benedictionem. Quarta ex Philosophis, secundum quos non videtur posse formam proferri à multis simul consecrantibus eamdem materiam, ut sit in ordinatione Sacerdotum; & consecratione Episcopi. Referuntur plures eruditiones Ecclesiastice. Relolvuntur objecta, & firmatur formam prædictam confitente in illid quatuor Verbis: *Hoc est Corpus meum.*

## SUMMARIUM.

1. Forma consecrationis Corporis Christi quæ sit?
2. Presbiteri in sua ordinatione concelebrant, & con-secrant cum Episcopo. & n. 17.
3. Clerus Patavinus emicat viris doctissimis.
4. Verba: *Qui pridie quam patet, an sint de essentia consecrationis?*

D. 5 Be-

## Decif. XVI. Ad Aprilis Quæst. I.

- 5 *Benedictio Hostie ante consecrationem, an sit de effentia?*  
 6 *Christus an sola benedictione consecraverit Eucharistiam?*  
 7 *Cause plures totales non possunt concurrende ad eundem numero effectum.*  
 8 *Sacerdos consecrando loquitur in persona Christi.*  
 9 *Verba: Qui pridie Eccl. sunt de precepto tantum.*  
 10 *Enim dicitur non est de effentia in consecratione.*  
 11 *Hispani difficultus proferunt T. post S.*  
 12 *Verba recitatione non consecrantur.*  
 13 *Christus consecravit Eucharistiam proferendo Verba forme.*  
 14 *Benedictio accipitur pro consecratione.*  
 15 *Christus an consecraverit, quando fuit in Castro Emmaus?*  
 16 *Christus dicit, & factio voluit instruere Ecclesiam circa Eucharistiam.*  
 17 *Presbiteri plures simul consecrando dicuntur causa partiales.*  
 18 *Presbiteri noviter ordinati dum communicantur ab Episcopo, non dicuntur Confiteor.*  
 19 *Cardinalis olim consecrabant simul eamdem Hostiam cum Papa.*  
 20 *Canonici olim concelebrabant cum Episcopo.*  
 21 *Periculum preventionis Episcopi in consecratione cum noviter ordinatis.*  
 22 *Intentio Missarum non potest suspondere vim verborum forme in Eucharistia.*  
 23 *Presbiteri noviter ordinati carent proferre Verba consecrationis simul cum Episcopo.*  
 24 *Paschaligae verba pro Sacerdotibus noviter ordinatis consecrantes una cum Episcopo.*  
 25 *Ceremoniarum Magistrorum obligatio, dum ordinantur novi Sacerdotes.*  
 26 *Presbiteri dum ordinantur, ne distent multum ab Altari.*

## QUÆSITUM PRIMUM.

*Quæ sit Forma consecrationis Corporis CHRISTI in Eucharistia?*

**D**ixerunt omnes formam consecrationis Corporis CHRISTI confidere in illis quatuor verbis HOC EST CORPUS MEUM ut ex Concilio Florentino in Decreto Eugenii IV. & ex Cathedratico Romano sœt. 19. de Euc. Siquidem hæc verba prolatæ à Sacerdote in persona Christi efficiunt id, quod significant, scilicet, conversionem substantiae panis in Corpus Christi, qui hanc vim, & virtutem praeditis Verbis attribuit, cum ipse primum hoc Divinum Sacramentum sui Corporis istud Verbis instituit, atque consecravit; & per hanc formam confidit Corpus Christi, non solum si ab unotantum Sacerdotem proferatur super materiam; sed etiam à pluribus simul, ut fit in consecratione Episcoponovi, & in collatione Ordinis Presbyteratus: novi enim Presbyteri concelebrant cum Antistite ordinate; & novis Episcopis cum Episcopo consecratore, ut conlat ex Pontificali Romano, & docent S. Thom. 3. part. quest. 82. art. 2. Maistrus in 4. Sent. disp. 1. n. 59. & in Theolog. Moral. disp. 18. n. 24. Sotus in eod. lib. disp. 33. art. 3. Emilian. Card. de Lauretan. 1. in 4. Sentent. disp. 24. art. 4. Et Diana Coordinatus tom. 4. tral. 8. refolut. 89. 90. & 91. quæ responderet in antiqua part. 12. tral. 1. refolut. pariter 89. 90. & 91.

At quatuor difficultates reperi invetas contra hanc responsum. Unam à Theologis, alteram à Canonistis, tertiam à Scripturis; quartam à Philosophis; Emicat enim Clerus Patavinus ingenti horum Professorum numero.

## Decif. XVI. Ad Aprilis Quæst. I.

- Prima difficultas: Theologorum fuit ista: Hæc verba HOC EST CORPUS MEUM prolatæ à Sacerdote significant corpus ipsius Sacerdotis, non autem Corpus CHRISTI. Ergo illa verba non constituant integrum formam; idéoque de ejusdem forma essentia, & integritate videntur esse alia verba praecedentia, videlicet: Qui pridie quam patetur, accepit panem in sanctis, ac venerabiles manus suas, & elevatis oculis in Calum ad te Patrem suum omnipotentem, Tibiqui gratias agens, benedixit, & deditque discipulis suis dicens: Accipite, & manducate ex hoc omnes; HOC EST ENIM CORPUS MEUM. Igitur hæc omnia verba unita simul denotant id, quod consecrat, esse Corpus CHRISTI, non autem Sacerdotis consecrantis, ut auctorat Scutus in 4. sent. 8. quest. 1. Angelus in Summa Verbi. Eucharistia num. 24. Pasqualis in Sacra Morali doctrina disp. 93. num. 14. Idem adspicitur Rubrica Missalis Romani de confessione in celebratis Missar. occurrit. & 3. n. 6. ubi precipit, quod si deprendit defectus panis potest sumptionem Sanguinis, apponi debet rutilus novus panis, & vinum cum aqua, & facta prius oblatione, ut iupra. Sacerdos comunit, incipiendo ab illis verbis: QUIT PRIDIE, &c.
- Secunda difficultas: Canonistarum desumitur ex text. in Can. Non omnis Panis, 61. de Confec. disp. 2. ubi dicitur: Non omnis Panis, sed accipiens benedictionem Corpus Christi. Ex Glossa explicans hanc Benedictionem subdit: Institutum a Christo, que est: Accipite, & comedite hoc est Corpus meum. Confirmatur ex S. Ambro. l. 4. de Sacram. c. 4. qui dicit: Cum venitur ut consecratur Sacramentum, Sacerdos non propriis sermonibus, sed sermone uitri Christi dicens: Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum. Ergo necessaria sunt verba praecedentia, per quæ Sacerdos loquens in persona Christi, consecrando significat Corpus Christi.
- Tertia difficultas: Scripturistarum fuit; quod Christus Dominus videtur consecrare suum Corpus sub specie Panis, non Verbis formæ praedictis, sed sola benedictione; dicunt enim Evangelistæ, quod benedixit, & fregit, deditque discipulis suis dicens: Accipite, & manducate, Hoc est Corpus meum, consecratum scilicet ante hæc verba. Hinc etiam habetur Luc. 24. quod Salvator recumbens cum duobus discipulis eundem in Emmaus, accepit panem, & benedixit, & fregit, & porrigit illis, id est suum Corpus, quod ibi consecravit per solam benedictionem. De hac etiam dicit Apostolus 1. Cor. 10. Calix, cui benedicimus, nonne participamus Domini est? Ergo per solam benedictionem fit consecratio Corporis Christi, & ita videtur fusse de mente Innocentii III. lib. 4. de Sacro Altario Mysterio cap. 6. in his verbis: Nam potest dici quid Christus virtus divina conficit, & postea formam expressit, sub qua posterior benedicetur. Ipse namque pro te virtute propria benedixit, non autem illa virtute, quam indidit verbis. Ergo Christus non consecravit verbis, sed Divina virtute praecedenter ad verborum prolationem.
- Quarta difficultas: Philosophorum est talis. Si plures Sacerdotes simul proferant Verba consecrationis, nihil videntur agere; ratio est, quia repugnat plures causas totales concurrende ad eundem numerum effectum, & necesse est, ut ipse effectus multiplicetur, sicut multiplices sunt influxus à causis totali provenientes, quæ producent effectum, ut differit Colleg. Complut. lib. 2. Physicor. disp. 13. à n. 17. P. Nicolaus Arna in eodem lib. 2. Physicor. quest. 6. art. 3. & Maistrus disp. 8. Physicor. q. 3. art. 2.
- His tamen minimi obstinibus, vera est responsio data ad Quæsitionem; scilicet, formam Consecrationis Corporis Christi confidere in quatuor his Verbis tantum: HOC EST CORPUS MEUM. Ne-

## Decif. XVI. Ad Aprilis Quæst. I.

que subsistit prima difficultas à Theologis inventa, quamvis enim hæc verba prolatæ sine aliis verbis praecedentibus videantur ex sua natura significare corpus Sacerdotis proferentis; nihilominus, quia Sacerdos cum illa profert, intendit Corpus Christi, idcirco significant Corpus Christi, & non corpus Sacerdotis; Sacerdos enim loquitur in persona Christi, & profert illa verba tanquam instituta ab ipso Christo, cum intentione efficienti id, quod institutum Christus, ut ex doctrina S. Thomas, S. Bonaventurae, Aletino, Tatari, & aliorum Scripturarum adstrit Maistrus in 4. sent. disp. 3. quest. 6. art. 1. & 2. adverens, contrarium scriptis Scutum disputationis gratia, non ut firmaret se in illa opinione. Cui nihil faverit Rubrica Missalis, nam ordinat ut reaflatur consecratio ab illis verbis: Qui pridie Eccl. non tamquam consecratio, sed dispositio ad consecrationem. Præterquam illa Verba: Qui pridie quam patetur Eccl. non nominant personam Christi; & opus est altius reperire Canonem, si neceſſario defundendus foret sensus verborum formæ à Verbis praecedentibus, ut legere scientibus manifeste patet. Itaque Verba praecedentia sunt de praeprocesso Ecclæ, non autem de effentia consecrationis, neque de forma, prout neque Lenini, ut passim notant omnes Scholasticæ & Moraliste. S. Thomas d. p. 3. quest. 78. art. 2. Gonet. tom. 5. disp. 7. de Eucharistia forma art. 1. & habetur in cap. Cum Marth. de Celebre Missar. Thom. Tamburin. De Jure Divino lib. 4. cap. 2. n. 15. ubi ait: Particularum Enim sine pectato mortali omitti, præcilem contumex ex matre parvitatem; & n. 19. ex Soto addit, validè consecrare Sacerdotem ex defectu lingue dicentem ei pro ob. & meum, pro meum; nam Hispani ex difficultate lingua non bene proferunt T. poit S. neque M., in fine syllaba.

Ad secundam difficultatem Canonistarum respondet Suarez de Euchar. disp. 59. sœt. 1. & Reginald. in Praxi 29. sub n. 30. Glosiam referente Verba confirmationis Usum Eucharistiae, & sunt illa: Accipite, & Comedite. Et concernentia formam Consecrationis, & sunt illa: Hoc est Corpus meum. Itaque Verba Accipite, & Comedite non concernent formam Consecrationis; & hinc illa quod a Luce fuerunt omisæ, ait enim cap. 22. Et accepto Panis gratias egit, & fregit eiis dicens: Hoc est corpus meum. Ad auctoritatem autem S. Ambrosii respondeat Maistrus in cit. disp. 3. num. 147. his verbis: S. Ambrosium illa verba adducere, quæ licet non sint de necessitate consecrationis, adhuc tamen sunt de necessitate praeprecessi, ut supra dictum est: id est Ambrosio verba illa alibi prætermis: Ulterius advertit idem Maistrus in sua Theologia Morali disp. 18. n. 32. communem esse doctrinam Thomistarum, & Scotistarum, quod Sacerdos profert recitatione verba illa: Qui pridie quam patetur Eccl. profert autem significativa Verba: Hoc est Corpus meum.

12 Sed contrarium est tenendum, ut docent S. Bonaventura in 4. disp. 8. part. 1. art. 2. quest. 3. ad Ultim. quem citat, & sequitur Emin. Cardin. de Lauræ d. p. 19. num. 199. Idem sentit Eminent. Cardin. Capitulicenus Controversia secunda, de Benedictio Euchar. Quest. Unica p. 1. & concordat S. Thom. sed. 3. super illis verbis Apostoli 1. Corint. 10. Calix benedictionis, cui benedicimus: quæ sic ab Angelico declarantur, videlicet, Cui benedicimus, id est, quem nos Sacerdotes consecravimus.

Nec concludit factum Christi resuscitatum cum Discipulis in Emmaus, nam multi DD. tenent, tunc Christum non consecrare suum Corpus, sed porrexisse Panem simpliciter de more à se benedictum; vel si ibi conficit Eucharistiam, usum fuisse Verbis formæ jam infinitum; quamvis Evangelista brevitas gratia ea omiserit, ut responderet Gonet. d. p. 5. disp. 7. de Eucharist. n. 53.

Opinio Innocentii Tertiæ cedere debet Concilio Tridentino; nam (ut diximus) ita scriptum tamquam Doctor privatus; ut advertit Emin. Card. de Lauræ d. p. 19. num. 192. & ratio contra Innocentium est manifesta; quia Christus dicit, & factio voluntate instruere, & informare suam Ecclesiam in confectione hujus admirabilis Sacramenti; & sic voluit consecrare apostolis Verbis, quibus ipsa Ecclesia uteatur pro forma.

Quarta difficultas selecta à Philosophis (quod plures Sacerdotes videantur non posse simul consecrare, & consecrare eandem materiam) vocatur gravis difficultas, & que torquet Doctorum hominum ingenia à Diana Coordinata tom. 4. tral. 8. ref. 89. decerpta ex antiquo exp. 12. tr. 1. ref. 89. Et non absque ratione; est enim biceps, an scilicet praedicta similitude

## Decif. XVI. Ad Aprilis Quæst. I.

nea consecratio fiat *valida*; & an fiat *licit*. Cæterum quod *valida* plures simul Sacerdotes eamdem Hostiam consecrare possint, testantur communiter Scolastici, inter quos Eminent. Cardin. de Lauræa dñs. tom. 1. in 4. Sent. disp. 24. art. 4. n. 53. Emin. Card. de Lugo de Eucharist. disp. 11. n. 161. Lessius in opere *Pofibum. end. trād. de Eucharist. art. 2. Collegium Salmanticens. In Theologia Moral. de Sacram. Eucharist. trād. 4. cap. 9. pñnd. 1. Et Diana Coordinatus d. resol. 89. 90. & 91.*

Plurimi plurima dicunt. *Alii*, quod hi Sacerdotes noviter ordinati debent habere intentionem conditionatam, consecrandi tunc, quando Episcopus ipse consecrat, quamvis ipsi illum præveniant in operatione formæ. Sed non est bonus remedium; quia intentio Ministrorum non potest suspendere effectum sacramenti, quem causat forma consecrationis in ultimo infantil prolationis Verborum. *Alii*, quod hi ordinati dicant formam consecrationis *recutivam*, non autem *significativam*, id est absque intentione consecrandi. Sed hoc est malum; quia concelebrant, & Ecclesia vult quod & ipsi consecrent. *Alii*, quod non intendant consecrare, neque non consecrare, sed generaliter facere quod intendit Ecclesia. Sed non est rectum; quia præcise debent intendere consecrationem. *Alii* alia dicunt, sed omnes se involvunt, ita ut neque seipso intelligant, neque ipsi intelligi valent; vel ob obscuritatem, vel ob ambiguitatem, vel ob insufficietatem remedii, quod proponunt, ut observare quicquid poterit in ipsis cardinalibus Theologis, nempe in *Cardinalibus de Lugo*, & *de Lugo locis supradictis*.

Mihi satius est, perperus omnibus remedii, amplecti illud prædicum, & speculativum, quod fugerit Pafqualius in *Decisionib. Moral. decis. 422. à num. 9. & seqq. videlicet*, quod in Praxi current Sacerdotes noviter ordinati profere. Verba consecrationis, quantum possibile est, final cum Episcopo, & cum expressa intentione consecrandi eamdem Hostiam, & cumend Calicem usq; cum ipso Episcopo; & hoc fatis esse, regu: uiteris quendam circuca supposito incommoda, examinata a Doctoribus: cestant enim omnia de per se, ea ratione, quia (ut ipse Pafqualius speculatur) Episcopus est principialis consecratus, Sacerdotes autem ab eo ordinati, sunt accessori in eadem consecratione; forma autem consecrationis, quam ipsi profert cum Episcopo, est moraliter adjuncta, & alligata cum illa, quam profert Episcopus; unde fit, ut quamvis Verba Sacerdotum paulo ante compleantur, sive panlo post, quam illa Episcopi; cestant esse moraliter simili, & constitue utim eamdem consecrationem. Non em piget, in gratiam Lectorum, transcribere verba Pafqualij in cit. decis. 422. à n. 9. que sunt ista.

*Ut autem tradidit doctrina melius teneatur*, scindimus in duas: dum comedunt Agnum Pascha-  
lem primo die Azymorum.

2 Judei plures benedictiones faciunt mensa.

3 Crucis signo an Christus benedixerit panem, & vinum consecrandi in ultima cena?

4 Calices plures adhibebant Judei in cena Pa-  
schali.

5 Forma consecrationis Sanguinis Domini.

6 Calicis Consecrationis verba an sint omnia essen-  
tialia? Trii opiniones.

7 Metonymia figura accipit continens pro contento.

8 Calicis nomen cur Ecclesia adhibeat in consecra-  
tione sanguinis.

9 Verborum consecrationis Calicis significatio.

Ratione autem huius subordinationis, omnes illi con-  
secrantes, quamvis singuli scismi sint sufficietes ad  
consecrandum, constitutum unam aequalitatem causam  
consecrati: scilicet enim sunt causa moralis con-  
secrationis, ita etiam unitur in unicam causam mora-  
lem, quia habent per modum unus, cum ordinetur  
omnes ad eandem materiam consecrandam; &  
ad eundem effectum consecrati. In hac autem  
causa Episcopus, seu principalis consecratus se habet  
veluti forma dans unitatem, & motum, quia ceteri  
omnes ipsi adiunguntur ut accessori.

E hoc autem fit, quod ex institutione Ecclesia si-  
gnificatio forma consecrationis, quæ est vii operati-  
va, seu

## Decif. XVII. Ad Aprilis Quæst. II.

mensalibus calicem vino plenum præparare, quem quater exhaustur hoc ordine.

Ante Vesperas illius diei adorant domum, & se-  
ipios, & param ἡγετην *Kengarā*, id est canistrum, in  
hoc ponunt Agnum astitu igne, *חנוכה Scimurim*,  
hoc est tres panes azymos, eodem die confectos,  
laetus, aliafque herbas amaras, veluti cicchoream,  
& intubum; item scutellas duas, in una quarum sit  
acetum, in altera *Chardeth*, id est mixta  
fructuum, & aromatum, habens speciem crete,  
seu calcis, in symbolum illius, quam struebant in  
Ægypto; addentes (ex traditione, five superstitione  
Rabbini) in eodem canistro pices, ova, &  
nuces, cum Amygdalis. Facto vespere ponunt idem  
canistrum in mensa, in qua tot lunt calices vino  
pleni, quo fodales fedentes ad illam, cum pulvinari  
ad finitram, cui inhærent aliquantulum, ad de-  
notandum antiquorum ulum comedendi in lectis, seu  
ad innundam libertatem, & requiem acquisitam in  
exitu Israhel de Ægypto. Quindecim sunt Cære-  
monies, quas faciunt ad hanc Mensam, his vocibus  
collectæ.

נְדָר Kadesch, hoc est benedictio, quia benedictio  
nem quamdam recitat, & statim calicem evacuant,  
epotantes vinum.

עֲמֹד Uxbar, id est lotus, quia illud omnes la-  
vant manus.

כַּפֵּר Capus, significatque res virides, herbas  
scilicet agrestes, quas è canistro defumunt, ac in-  
tingunt vel in acetō, vel in mixta Chardeth fu-  
radista.

צְבָא Jacobz, videlicet divisio, nam Patersfamilias dividit unum panem azymum, cuius medietas  
abscinditur subtus tobalem ad significandum quod  
in exitu ab Ægypto detulerunt in mappis patam  
crudam abique fermento.

מִגְבָּד Magibid, scilicet narratio; narrat enim Pri-  
mus in mensa quomodo eorum Patres manduca-  
bant in Ægypto panem afflictionis, se inde educi-  
ti, post eliam Agni, posti sunt libertate; & o-  
mnes commenales ducunt diversos Rhythmos, e-  
nunciantes plagas Pharaonis, & gratias a Deo He-  
brei elargitis; & interim p̄ gaudio extollunt  
eorum calices mero plenos, eosque bibendo, eva-  
cuant iterum.

לְרֹבֶּה Robz, videlicet lotus, nam denud manas  
lavant, ex superstitione Rabbini instructione,  
צְבָא Morzi, Marza, id est benedictio secun-  
da. Herus enim, facta nova benedictione brevi,  
frangit unum ex panibus integris, & alium jam an-  
te dimidiatum; & utriusque parum omnes mandu-  
cant, simili cum Agno asso.

מְרוֹר Maror, hoc est comevio lažucarum ag-  
reßum, intingendo illas in acetō, & in mixta Cha-  
roset.

כְּרֹכֶּב Crocēb, id est revolutus, quia, fracto tertio  
pano azymo, & frustula ejus revoluta herbis prædictis,  
comeditur ab omnibus, at in modica quantitate.

כְּרֹכֶּב וְתַלְלֵשׁ Sculcham & Ngorobche significans  
appositionem in mensa, portantur enim cibi communes,  
quos coenantes edunt ad satietatem, & calices  
lætanter bibunt.

צָפָן Zapūn, scilicet abconditum: extrahunt enim  
medium illum panem azymum, quem abconde-  
tur subtus mappam, & de eo omnes comedunt,  
quantum est unica oliva.

בָּרְכָּב Barcb, scilicet benedictio, nam replent ite-  
rum calices vino, lavant manus, benedicunt Deo  
pro gratiarum actione, & bibunt, flectentes hume-  
rum, & caput ad pulvinar.

בְּלַהֲלֵל Hallel, id est recitatione Psalmorum sex, quorum  
primum est in exitu Israhel de Ægypto. Et demò im-  
plet cyathos mero, & psalmo completo, attollentes  
calices ipsos, maledicunt populo Christiano,  
cum appellantes מִגְבָּד Ghoim, invenientes in ipsum ver-

D 3 ba

## Decif. XVII. Ad Aprilis Quæst. II.

ba Psalmi 63. *Effundo iram tuam in gentes, quæ non noverunt, & in regna, que nomen tuum non invocaverunt.*

נִירְצָה נִירְצָה, nempè Amen, Amen, fiat, fiat; & in hac spē bibunt ultimū calicem vini, adhærentes, ut antea, suo pulvinari, & surgentes at cena, dormitum vadant. His cæremoniis utuntur Judæi in vigilia Paschæ, dum incipiunt panes azymos, & agnum Paschalem manducare, ut latius narrat Julius Mauroenus, olim Rabbinus, in citato opere *Vita della Fede* part. 2. cap. 30.

Ex his duo colliguntur, *Unum* quod sicut hodie, ita antiquis temporibus solitum fuit apud Hebreos plures facere benedictiones in Mensa, præcipue in solemnitatibus, & in cena Agni Paschalisi; quæ benedictiones consistebant vel in recitatione Pålomorum, vel alliarum orationum, quibus laudabant Divinam Majestatem; & hinc sequitur, Redemptorem nostrum in institutione Venerabilis Sacramenti sui Corporis, & Sanguinis, gratias egisse suo Æternō Patri, & benedixisse Panī, & Vino consecrando per recitationem aut Pålomorum, aut alliarum orationum, antequam devenirent ad consecrationem; non autem per signum Crucis, ut voluit Salmeron 10. 9. 3 trād. 12. & Barradas in *Evang.* tom. 4. lib. 1. cap. 2. column. 6. Siquidem signum Crucis; quo nos oblati benedicimus, est institutum ab Ecclesia ad significandam præsignacionem Passions Christi factam in cena, ut docet Sanctus Thomas 3. part. quæst. 8. art. 1. ad 3. & obseruat Emin. Card. Capiluchius d. Controv. De Benedic. Eucharistica. §. 1. Vers. Deinde. Alterum est, in cena Agni Paschalisi esse, & fuisse folios Hebreos adhibere plures calices ad bendum: ex hoc autem redditum verisimile, non unum tantum Calicem suffici confecratum à Christo in eadem cena, & sic plures in diversis Orbis partibus Calices venerari, ut diximus supra ad secundum Casum Menfis Martii ex Hierolex. Macri in *Verb. Ecclesi* column. 5. Barrad. d. tom. 4. lib. 2. c. 11. Ex Storie Monochii cap. 38. & 39. Centur. 1.

Modò respondentes ad Quæsumus dixeris, formam confecratiois Sanguinis Eucharistici esse illam, qua habetur in Canone Missæ, videlicet: *Hic est enim Calix Sanguinis mei; noni, & eterni Testamenti: Mysterium fidei, qui pro Vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*

Gravis autem difficultas est & celebris controversia inter Scolasticos, an omnia prædicta Verba sint de essentia formæ confecratiois Calicis? Et quidem tres sunt opiniones. Una est, formam confecratiois vini requiri omnia verba supradicta essentialiter; subindeque si aliquod ex illis prætermittatur, non fieri confecratio Sanguinis. Ita ex S. Thome 3. part. quæst. 78. art. 3. & in 4. Sentent. disp. 8. quæst. 2. art. 2. & ex cap. Cum Marth. De Celebrat. Missar. tenet Thomistæ plurimi, quos citat. & Sequitur Emin. Card. Capiluchius Controversia tertia, de Forma Confecratio. Vini Euchar. in *Theol. Experim.* trād. 77. & Agudius d. part. 4. cap. 3. punci. 2. & num. 11. & seqq.

jom explicationem effectus Sanguinis Christi. Ita Suarez, Vasquez; Emin. Card. de Lugo, Becanus, Meratus, ex modernis; Alensis autem Scotus, & S. Bonaventura ex antiquis, ut probat Mastrius in 4. Sentent. disp. 3. q. 7. art. 1. Et in *Theol. Morali* disp. 18. num. 30. & 31. ubi hanc esse communem testatur, ea ratione, quia illa sola verba sunt de essentia confecratiois Calicis, quæ sufficienter significant præsentiam Sanguinis Christi sub speciebus vini. Sed haec tantum Verba, *Hic est Corpus meum in consecratio Sanguinis*, sub speciebus vini; sed haec tantum Verba, *Hic est Sanguis meus*, id sufficienter significant. Ergo ipsa sola sunt de essentia. Item quia non sunt minoris efficacie verba prædicta in confecratio Calicis, quam ista, *Hoc est Corpus meum in consecratio Sanguinis*. Ergo sicut haec sufficiunt ad Conferzionem Panis. Ergo sicut haec sufficiunt ad Conferzionem Panis in Corpore Christi; ita & illa ad Conferzionem Vini in Sanguinem. Et haec opinio retenta, duo sunt breviter notanda. *Unum*, quod dicitur in canone Missæ, *Hic est enim Calix Sanguinis mei Metonymice*, id est per figuram Metonymiam, quæ accipit continens pro contento; eo modo, quod nos dicimus ad amicum *bibebunt calicem vini*; videlicet *hoc vatum, quod est in calice*. Utitur autem Ecclesia hoc nomine Calicis in confecratio Sanguinis ad melius significandum, cum esse potabilem; nam alijs de natura Sanguis non est idoneus potui. *Alterum* est, cætera verba in forma confecratiois Calicis apposita tres præcipios effectus Sanguinis Christi explicare. Primum, adeptio vita æternæ, quam veluti hæreditatem per Christi Sanguinem, tanquam testamentum, morte eius sanctificum expectamus. Ideo dicitur *Novi, & 8 eterni Testamenti*; nam vetus promittet bona temporalia; novum autem æterna. *Secundum*, Fidei Christianæ proficiemus, quam præcipuum in hoc Sacramento exercemus, & sic ponitur *ly Mysterium Fidei*. *Tertium* remissionem peccatorum, sicutidem amatisimus Redemptor dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in Sanguine suo; unde subiungitur in confecratio Calicis. *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*; legatur Gobat. in *Theol. Experim.* trād. 77. & Agudius d. part. 4. cap. 3. punci. 2. & num. 11. & seqq.

## DECISIONIS XVIII.

Ad Aprilis primum Casum.

## ARGUMENTUM.

Disputatur, an Confessarius Monialium possit ingressi Clauſuram pro frequente Communione Monialium laborantis febre non mortali? Declaratur, quid clausura Monialiorum tum materialis, tum formalis? Agitur de ejus antiquitate, & ultima rigorosa firmitate. Dicuntur, quando licet Monialibus egredi de Clauſura? Quando Viris eam ingredi? Quando accedere ad colloquendum cum Monialibus? Quæ penas sint statuæ contra transgressores in iisdem Casibus? Præcipue contra Regulares. Et resolvitur casus propositus affirmativè.

## SUMMARIUM.

1. Clauſura alia materialis, alia formalis.
2. Clauſura Monialium est de Jure Ecclesiastico.
3. Clauſura Monialium antiquissima. Etiam in lege Mosaicæ.
4. Clauſura Virginum Deo dicatarum etiam in lege nature.
5. Monasteria Monialium in principio Ecclesie.
6. Clauſura Monialium erat de precepto etiam antiquis temporibus.
7. Bonifacius Papa VIII. indixit legem generalem Clauſurae perpetuae Monialibus.

Ex-

## Decif. XVIII. Ad Aprilis Cas. I.

55

re. Quæritur, an Confessarius possit Clauſuram ingredi ad has frequentes communiones exhibendas?

Præ hujs casu canonica resolutione quatuor sunt theorematata notanda.

Primum est. Quod Clauſura sumitur vel materialiter tantum, & significat locum clauſum, à quo aliquibus exire, vel in quem ingredi non licet. 1. 3. §. Subvenit, ff. ad Senat. Consul. Syllan. & sic intelligitur Gynæcum, Clauſrum, aut Monasterium muris, & januis septim., in quo habitant Moniales. Giballin. de Clauſur. Regular. disquis. 1. in princ. vel Clauſura sumitur formaliter, & est lex prohibens tria, scilicet, egressum de Monasterio, ingressum in illud, & accessum ad Crates, seu Janas ad colloquendum cum Monialibus. Giballin. ibidem & Bonacina de Clauſur. Monial. quæst. 3. punt. 1. & 2. quæ quidem lex est de Jure Ecclesiastico. Azor. part. 1. lib. 13. cap. 8. quæst. 2. Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 15. num. 3. & A. scan. Tamburin. de Jure Abbatissar. disp. 18. quæst. 3. rejecta opinio afferentum esse de Jure Divinitatis ab ilia Verba Psalmi 26. 4. Unam petri a Domino, banc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vite meæ.

Secundum Theorema est; antiquissimam esse Clauſuram Monialium, & Virginum Deo confecratio;

non solum quia fuit instituta ab initio Ecclesiæ, ut infra probavimus, sed quia originem trahit tum à lege Mosaicæ; in qua mulieres Deo dicatas segregabantur à conforto hominum; ut de Anna Prophetissa filia Phanuel, quæ non dicebat de templo jejunit, & observationibus servientibus mōde, ac die. Luc. 2. 36. de Virginibus commorantibus in exedris Templi, de quibus dicitur 2. Macab. 3. 19. Sed & Virgines, que conclusæ erant, procurebant ad Oniam. De Juditha, que in superioribus domus sua fecerat sibi secreta cubicula, in qua cum pueris suis clauſa morabatur. Judib. 8. 5. & de mulieribus, que stabant ante portam Templi, quas fuisse Deo dicatas ostendit Canis lib. 1. de Maria Deip. cap. 12. & obseruat Sallian. in Annalib. ad Mundum Annum 4041. n. 3. & Card. Baronius in apparatu Annal. n. 50. &

51. Tum à lege naturæ, in qua Tithæ Uxor Noachi docuit neptes, & puellas, à filiis suis statim post diluvium ortas, le Dei servitio mancipare, & in eis cultum ignem facrum inextinctum culti dire, quem potea Deus præcepit Moysi Levit. 6. in tabernaculo tempore ardore; unde ipsa Tithæ post mortem Esa vocata est; id est mater ignis; & ab eadem apud Gentiles, & Romanos nomen sumpernit Virgines Vestales, quæ servabant ignem perpetuum, & detinente sub Clauſura vivebant, ita ut neque Senatus ad eas accederet, ut eruditus Tholofan. in Syntagm. Juris part. 2. lib. 15. cap. 17. & Serra de Synom. in Verb. Vestales. Porro quidquid fuerit de his, certum est, quod statim ab initio Ecclesiæ fuerunt in usu Monasteria Virginum Deo additatarum, quas salutat S. Ignatius Martyr. Epist. 10. 12. & 13. & de eis meminit S. Clemens Romanus apud Epiphani. heret. 30. Erretstantur S. Ambrosius lib. 6. de Virginib. S. Hieronymus lib. 1. adver. Joannian. & S. Augustinus epist. 109. Quibus quidem Virginibus indicta erat lex clauſuræ, non quidem aboluta; quia aliquando ob urgentes causas poterant ex Monasterio exire. S. Antonin. in Summa 3. part. tit. 20. cap. 2. §. 3. Vers. Egressum autem Monialium; sed necessaria era licentia Abbatissæ, & comitatus seniorum Monialium, ut ex pluribus Conciliorum, & Sanctorum Patrum Decretis, in primis Ecclesiæ sacerulis emanatis, ostendit Giballin. de Clauſura d. disquis. prima, cap. 1. §. 2. redarguens Tamburin. de Jure Abbatissar. disp. 18. qu. 2. n. 3. & q. 3. n. 1. dicentem, Clauſurae præcis illis temporibus fuisse tantum de consilio, siquidem erat

## PRIMUS CASUS.

Quotidianæ, sed non mortali febre Monialis laborans; cupit singulis festiis diebus, prout consorores sicut faciunt, Eucharistiam sumere de Sacramento Eucharistie.

D 4 de præ-